

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamina Seu Scita Variæ Doctrinæ, Politicæ, Moralis,
Stoicæ, Christianæ, & Spiritualis**

Nieremberg, Juan Eusebio

Paderbornæ, 1711

Decas V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50306](#)

40. Virtus, non negârim, medium te-
neat oportet; at perfectio Evangelica
plus ultrà se extendit, & attingit etiam
extrema. Lex rationis est mentibus insi-
ta: alteri non feceris, quod tibi fieri non
est nou-
abomi-
! quid
nstare:
umque
em ta-
em.
st, co-
orollis.
à pec-
Filium
em ab
u nulla
um.
stianus
Disce-
peran-
Nobis
ir pro-
oris ja-
o. VII

Virtus, non negârim, medium te-
neat oportet; at perfectio Evangelica
plus ultrà se extendit, & attingit etiam
extrema. Lex rationis est mentibus insi-
ta: alteri non feceris, quod tibi fieri non
est nou-
abomi-
! quid
nstare:
umque
em ta-
em.
st, co-
orollis.
à pec-
Filium
em ab
u nulla
um.
stianus
Disce-
peran-
Nobis
ir pro-
oris ja-

40. Virtus, non negârim, medium te-
neat oportet; at perfectio Evangelica
plus ultrà se extendit, & attingit etiam
extrema. Lex rationis est mentibus insi-
ta: alteri non feceris, quod tibi fieri non
est nou-
abomi-
! quid
nstare:
umque
em ta-
em.
st, co-
orollis.
à pec-
Filium
em ab
u nulla
um.
stianus
Disce-
peran-
Nobis
ir pro-
oris ja-

DECAS V.

41. Si nasci hominem absque manibus,
monstrum est naturæ, nunquid erit mon-
strosum magis, manibus integris nunquā
uti? imò, nè vel semel attollas, mortem
potius oppetere? Manus fortissima est fi-
des, quæ facili nisu levat pondus totius æ-
ternitatis. Manus longissima est spes, ex-
tenta pertingit ad cælum usque. Hac ge-
mina virtute veluti totidem manibus in-
structi simus. Fide libremus pondus glo-
riæ cum mundi vanitate. Spe firma ad-
hæreamus cælo, ut Charitas accipiat co-
ronam suam.

42. Plus debet Christianus pro minima
inspi-

inspiratione à Deo ipsi immissa, quām
mnes Angeli pro universa gratia, quād
tati sunt. Pro hac non opus erat sangu-
nem fundere; verūm ut vel unica cogi-
tatione sancta homo imbueretur, Chri-
stus mortuus est in Cruce. Pro inspira-
tione unica debemus Deo pretium infini-
tum, quia ob illam obstringimur meritis
Christi pretio, & dignitate infinitis. Pro
quantum debitum! simus, quæso, fideles
Deo, ut aliquantum satisfaciamus illi, quā
tam solers fuit ut benefaceret nobis.

43. Si Deus fuisset mancipium, & homo
Deus, non potuisset (ita differit S. Tho-
mas) plūs fecisse pro illo, quām nunc p̄
stitit. Redemit enim homines, non An-
gelos (adverte beneficii magnitudinem)
factus homo, non Angelus. Quanta digni-
tas humanæ conditionis! & quām insu-
piens, qui ad aliam anhelat in mundo.

44. Ergōne homines pejus tractent
Deum suum, quām spiritus damnati? Illi
unico peccato, eoque cogitationis du-
taxat offenderunt Deum; at nos in qua-
tis delinquimus non cogitatione solum
sed opere, eoque multiplici.

45. Cha

45. Cha, herba Indica, repurgando stomachum, reliquo corpori vires dat, & alimentum. Qui delinquendo delinquitur, regerat confitendo peccata sua, sequre restituet vigori pristino. Herbam illam depereunt Indi, & utuntur quotidie; & qui Christianus non appetit Sacramenta, pharmaca immortalitatis, saltēm quot hebdomadis sumenda?

46. Qui utī par est, sacramenta frequentat, aut semper est in gratia Dei, aut potiori tempore. Non est profectò exile bonum, minùs aut nullatenus periclitari, nè mors inopina peccato subjectos obruat. Securitatem hanc præstant illa pignora salutis.

47. Utendi hoc mysterio terminum optimum statueris octavum quemq; diem, si culpa lethali carueris. Huic enim si onerius sis, punctum omne mora est longissima; saltēm nè differto in crastinum. Quæ enim temeritas foret cum peccato obdormiscere, & actualem Dei inimicum omni momento periclitari?

48. Cura corporis longissimè differt à medela animæ. Illa sumptuosa est, hæc profi-

proficia. In Sacramentis utrumque habes: & medentur, & ditant. Æger corpore, dum sanus fiat, non curat egenus effici; & quomodo infirmus animo non tota cupiditate anhelet, ad salutem simul, & divitias.

49. Sæpe medendi ratio peior est ipsa ægritudine. Dolor dolore pellitur, & plus sæpe torquet ferri sævitiam, aut potionum amaror, quam vis morbi acerrima. Ast medicamenta animæ suavia sunt, leniunt, & medentur. Quid times adire Divina mysteria? non proliciunt sanguinem, non uirunt, non secant.

50. Bene operare, dum tempus est. Nam in extremo illo die, quo neque proderit pretiosissimus Christi sanguis, neque aderit intercessio Virginis; quo terra fugiet, cœlum recedet, uti scripture loquitur, tunc sola, quæ feceris, assistent opera bona.

DECAS VI.

51. Parùm differt à desperato, qui obfirmavit vivere absque alimento. Desperatio est defectus orationis in Christiano. Hoc illa est animæ, quod cibus corpori imo